



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

I. Ieiunium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

Hora Canonica.

1 Omittens recitationem horarum canonarum habens ordines, & beneficium, tene-
tur confiteri circumstantiam beneficij, lib. 9.
disp. 15 nu. 5. & 6.

2 Ordinatus metu, nolens uti ordine, non
teneatur recitare horas canonicas, li. 7. *disp. 29.*
nu. 7. Idem dicendum de ordinato infanti, do-
nec post legitimam ætatem ratificet ordinem.
Si ratificata ordine, non erit integrum sibi re-
silire, *l. 7. disp. 30. n. 12. & 13.*

3 Initiati sacris, vel professi cum quibus di-
spensatum est, ut in eant matrimonium, ten-
etur recitare horas canonicas, dum habitum no
mutant; secus, si mutent, & induant sacerdotalē,
lib. 8. disp. 8. nu. 11..

I.

Ieiunium.

1 Ieiunium licetē frangitur, quando vir non
potest aliter reddere debitum. Item excu-
satur vir à ieiunio, ne reddatur deformis. Itē
ob præceptum viri iubentis soluere præceptū.
Idem de fœmina volente nubere, ne fiat de-
formis, *lib. 9. disp. 3. à nu. 10. usque ad 13.* Item
excusantur à ieiunio viri, & fœminæ sexage-
narij, *lib. 7. disp. 32. nu. 17.*

Ignorantia.

1 Ignorantia quælibet etiam crassa, dum-
modo non temeritas, excusat, quando textus
dicit, si quis ausus fuerit, vel præsumpscerit, *l. 3.*
disp. 48 nu. 7..

L. 4.

2 Igno-